



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Murenulæ Sacræ Vestis Sponsæ Regis Æterni
Vermiculatæ Opus, De Privilegiis Ordinum Regularium**

Alviset, Virginius

Campidonæ, 1673

Dubium 20. Quomodo intelligentia casuum reservatio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62361](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62361)

Ergo signum est Praefatos Ecclesiasticos in reservatione casuum, aliud nihil intendere, quam ligare manus Confessarijs inferioribus, non verò reddere penitentes incapaces recipienda absolut.

6 *Facit ad hoc doctrina, quam Coninch. communem dicit: d. 8. de Sacram. dub. 12. num. 91. Eum qui confitetur casum reservatum Superiori, manere liberum à reservatione etiam si fortè absolutio recepta sit nulla, ob suam malam dispositionem, & iam posse absolvi à simplici Sacerdote approbato, quando fuerit melius dispositus. Et ita etiam tenet Caiet. v. casus. Suar. d. 31. sect. 4. Henriq. lib. 6. cap. 16. Sylv. v. confessio. 1. q. 19. num. 21. & quem ibi citat Palud.*

7 *Item qui confitetur, seu Praefato, seu habenti casus reservados, si aliquem inculpatè obliviscitur, manet liber à reservatione, quoad istum, & potest deinde ab eo absolvi à simplici Sacerdote secundum Coninch. cit. num. 93. Ubi dicit item communem, quam sequuntur Gabr. in 4. d. 17. quest. 1. a. 3. d. 2. Nav. in man. c. 26. nu. 13. Adrian. q. 4. de confess. Sylv. v. confessio. 1. quest. 4. Angel. eod. v. 1. num. 11. Sa eod. n. 7. Rosella. eod. 2. num. 9. Henriq. supracit. & plures alii apud ipsum. Ergo signum est in ejusmodi reservatione casuum, nullam haberi rationem penitentium, sed tantum Confessarium, & reservatione eos respicere, non verò penitentes.*

8 *Atq. ex hac doctrina eruitur ratio fundamentalis, quare Regulares absolvunt à casibus quos Episcopi sibi reservant, nam quia reservatio non respicit, nisi Confessarium, cui Superior suos intelligitur ligare manus, & aliàs non possunt Episcopi ligare manus Regularibus, cum non sint eis subditi, hinc relinquitur quòd quoad casus Epi-*

scoporum, Regulares habent manus beras, & reservationem ejusmodi casuum Episcopatum intelligendam esse factam non Regularibus, sed Parochis & Confessarijs, qui sint subditi Episcopo.

Fallit tamen respectu censurarum, quia si Episcopus reservavit sibi censuram, non potest ab ea Regularibus tollitur nisi ab eo, à quo fuit positum, si Episcopus fortè 11. quest. 3. cap. per sent. ex. c. venerabilibus. eod. in 6. cap. si inimicus 11. quest. 3. arg. cap. d. 1. de panis: Unde in. can. 47. Canonici. Nullus Episcopus solvat, quem Episcopus ligavit. At si censura foret lata, nihil prohiberet, Regulares absolvi, secundum fundamenta alibi sita & servatis servandis. Nam Regularium idem possunt quod Episcopi, censuras tollunt, & Regularibus absolvi possunt Episcopi absolvere à censuris alijs latis, si sunt occultae, ut docet Bol. de pot. episc. p. 2. alleg. 39. Bonif. cens. in com. d. 1. quest. 3. p. 2. Filli. tract. 7. cap. 10. Cutill. in addit. ad Mancini dub. 38. in append. Ninus. Sayri. lib. 2. de cens. c. 19. & ibi Alth. Riccard. Ergo & similiter Regularium de dicta ubi de potestate Regularium absolvendum s. 2. per tot.

D U B. XXI.

In quibus Casibus Regulares subditi Episcopis, Cum derogatione Exemptationis
Ad c. 8. sect. 3.

- 1 Casus in quibus Regulares subditi Episcopis sunt diversi.
- 2 Et in his allegandis non convenimus.
- 3 Magis communes, & scitu necessarii sunt & seq.
- 2 Et tales solum sunt censendi in quibus clausula non obstantia.